sinelicētia sua si ipse negaret ei ius dcedat sibi. s. q. alteri habenti prātē audiēdi cōfessiōes possit cōfiteri. ita tñ q. sit i. p. posito q. si habet curatū sufficiētē cōfiteri sibi. Sicut em̄ ille q. h̄bit m̄rimoniū apponēdo cōditōem inhonestā p̄ substantiā m̄rimoniū puat iure matrimoniū. vt. xxij. q. iij. Inter cetera. xxxij. q. ij. aliqui solet q.ri. extra de p̄di. appo. c. iij. de spon. c. vlti. ita sacerdos nō seruās ea que sunt de substantiā cōfessiōis: imo faciēs p̄ ea ē puatus iure qd̄ habebat in audiēdo cōfessiōes. Lū ergo tenere secretū sit de substantiā cōfessiōis q̄ntū est ex parte cōfitentis et cōfessoris sacerdos reuelās cōfessiōem est puat iure qd̄ habuit in audiēdo cōfessiōes. Et ideo si timeat iuste et rōnabiliter q. iste curat reuelabit cōfessiōem null⁹ teneat sibi cōfiteri. vey est q. ista rō nō cōcludit nisi p̄ eū q. reuelās est cōfessionē sed nō p̄ eū q. reuelatur est. Itē fm̄ qd̄ dicit br̄s Ber. qd̄ p̄ charitate institutū est p̄ charitatē militare nō d̄z. s. p̄fessio instituta ē p̄ charitate q. q̄libz teneat diligere se ad honorē dei eū glificādo: et se hūiliādo eū sibi r̄cōciliādo. ḡnō teneat militare p̄ charitatez seipm̄ p̄dēdo et diffamādo. qd̄ facerz si hō teneret cōfiteri illi de q. iuste et rōnabilz timeret seu p̄sumeret q. reuelarz cōfessiōz. Un̄ aug. hortās ad cōfessiōz et p̄nias dic. Nō dico ut te p̄das. S. si aliq̄s sciēt cōfiteret alicui q. cōfessiōez reuelarz p̄deret se ḡnō d̄z sibi cōfiteri. S. pone p̄pus sacerdos ē heretic⁹ v̄l scismatic⁹ v̄l notori⁹ symoniac⁹: v̄l excōicat⁹. nūq̄d d̄z sibi cōfiteri? Dico sine p̄iudicio q. nō. Et rō general̄ q̄ntū ad oēs tal̄ ē. Lū em̄ participare cuz excōmūicato in sacramētis sit p̄ctm̄ mortale et oēs t̄les sunt excōicati a iure. et p̄fessio sacramental̄ sit sacrm̄. q̄cūqz talibz cōfiteret peccaret mortalz. S. q̄ntū ad hereticū ē sp̄eal̄ rō. qz heretic⁹ de facili sibi penitētē poneret i errozē v̄l inducerz i despatōz. sic fecerūt pharisei iude q. cōfessus fuit eis dicēs. Peccauī tradēs sanguinē iustū. et illi loco boni cōsilij dixerūt ei. qd̄ ad nos tu videris. Uter⁹ pone. dicat cōiter et vey ē vt declarabit infra q. nullus debz diffamare nec accusare alios in cōfessiōe. sed p̄t contingere q. si aliquis confiteat curato suo oportebit q. diffamet

De confessione.

aliū. sicut ponat qd aliq̄s peccauit cū m̄re sua vl' cū sorore q̄s
etiā curat' bñ nouit. optet qd talis exp̄mat 7 noiet psonā i cō
fessioe dicēdo. pegi talē rē cū m̄re vl' cū filia vl' cū sorore. 7 cū
iste sint note curato vt dictū ē remanebūt diffamate apd eū.
Dico qd tal' d3 cōfiteri si habeat oportunitatē tali qd nō ha
beat noticiā istaz psonaz. vñ tal' d3 venīre ad curatū expo
nēdo 7 dicēdo sibi. Dñe ego casum habeo quē nō debeo cō
fiteri vobis. nō qñ vos sitis sufficiēs s3 casus ē talis quem
nō debeo dicere vob. ideo peto licētiā a vobis alteri p̄fiteđi
7 sacerdos d3 eā sibi dare. 7 ea habita tenet h̄ie p̄fessore ydo
neū qd nullā noticiā habeat de psona cū qd peccauit. Et cōsu
lo sacerdotibz curatis qd sint faciles ad tales licētiās pceden
das. qz ex h̄ puenit duplex bonū. Unū ē qd ip̄i exonerantur
Aliud ē qd p̄ctōres ap̄i: meli' 7 securi' cōfiteñt. S3 nū
qd m̄lier qd peccauit cū curato suo tenet sibi p̄fiteri. Dico qd
cū p̄cūdia sit magna pars satisfactōis 7 hō nō tm̄ p̄cūdet
de illo qd est p̄sci' sceleris qñtū de vno alio: m̄lier ista nō d3 si
bi cōfiteri. nec ip̄e d3 eā audire. imo d3 sibi dicere. vade ad a
liū. Tñ si p̄fiteret sibi et absolueret eā esset absoluta. Sacer
dos aut curat' cui p̄fitebit. Dico qd qñ sibi p̄mittit cura ip̄e
petat ab ep̄o licētiā qd possit eligere cōfessore. vl' si i p̄missio
ne cure diceret sibi ep̄s ne ex h̄ qd habes curaz alioz detri
mentū aīe tue patiar' pcedim' tibi qd possis eligere ydoneuz
p̄fessore qd te absolvere valeat. h̄ essz multū securz. Tenet tñ
cōiter qd in cōmissioe cure det eis tal' licētiā implicite. alias
cōmissio cure essz eis multū nocina. Sed nunqd ex h̄ possit
p̄fiteri simplicibz sacerdotibz qd nō habet autoritatē seu p̄tā
tem audiēdi cōfessioes. Dico qd nō de rigore iuris. Et ē du
plex ratio. Una ē. qz iste nō ē mod' dandi iurisdictionez ei qd
alias nō habz. Alia est. qz licet curati sint licētiati qd possint
alijs cōfiteri tñ isti nō sunt licētiati qd possunt eos audire. tñ
credo qd ex q̄ ep̄i sciūt qd curati cōfiteñt istis 7 ip̄i absoluūt e
os et nō phibēt imo dissimulāt videt eis tacite dare p̄tatem
audiēdi 7 absoluēdi curatos. Notādū aut qd si aliq̄s sit in
piculo mortis 7 nō possit habere copiā sacerdotis p̄t 7 debz

Tractatus. III. secūde partis

cōfiteri laico fideli tñ nō excomunicato. vt habet de pe. di. i. q̄ penit̄. de p̄se. di. iiii. sc̄m. Et Augus. Tāta est vis cōfessiois vt si imineat articul⁹ necessitat⁹ ⁊ deest sacerdos cōfiteat̄ p̄mo. Tamē tal⁹ confessio nō est sacramētū cū desit ibi illud qđ ē formale ī sac̄o. s. p̄as clauis rōe tñ bonevolūtāt⁹ quā p̄cedit ⁊ p̄cedit quā icurrit absoluit̄ a dō. Et ille q̄ audit confessio⁹ tēz orare p̄ ip̄o di. Dīceat tui rē. si sciat. l. p̄ n̄. Ita tñ si euadit piculū tēz itez illi cōfiteri q̄ eū p̄t absoluerē

De q̄bus debz fieri confessio Cap. V

e Apedito q̄si sup̄ficiali cui faciēda ē confessio restat videre de q̄bz d̄z fieri. Et est sciēdū q̄ d̄z fieri de pct̄is. Ita d̄z in ps. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meam dño. Iniusticiā dicit nō iusticiā. Et in canonica Jacobi. Cōfitemi alterut̄ pctā v̄ra: nō bona v̄l vtutes sic faciebat pharise⁹ dicēs. Gr̄as ago tibi dñe q̄ nō sum sicut ceti hoīes fornicatores adulteri. velut etiā hic publican⁹. ieiuno bis ī sabbato. decimas dō oīm q̄ possideo. debz ḡ fieri de peccat̄s.

Horandū aut̄ q̄ pct̄orum qđā sunt venialia qđā mortalia. Quātū ad venialia pctā simpliciter loq̄ndo nō sunt p̄fēda de necessitate. Cū em̄ de natura sua sint venialia: qđ etiā ip̄z nomē īportat p̄nt p̄ se veniā cōseq̄: siue p̄ p̄niam interiorem habēdo. s. cōtritiōez ī generali de ip̄is. siue p̄ extiorē assūptā sicut p̄ p̄cussioez pectoris ⁊ siliā. Un̄ notādū q̄ venialia mlt̄ modis remittūt̄ ē absq̄ cōfessioe sacramēnali. Uno mō p̄ cōfessioez generalē q̄ fit in p̄ma ⁊ ī cōpletorio: et in principio misse ⁊ ī fine s̄mōis. Alio mō p̄ b̄ndictioez ep̄alē. ⁊ idē credo nō tñ assero de b̄ndictioe sacerdot̄ q̄ fit ī fine misse. Alio mō p̄ asp̄sioem aq̄ b̄ndicte de cōse. di. iij. Aquā sale asp̄saz ppl̄is b̄ndicim⁹ ut ea cūcti asp̄si sc̄rificent̄ et purificēt̄. Alio mō p̄ p̄cussioem pectoris. Alio mō qñ q̄s deuote dicit orōez dñi: cā. s. p̄ n̄. ⁊ b̄ vtute illius v̄bi. dimitte nob̄ debita n̄ra. Alio mō vt dicūt aliq̄ p̄ īgressuz eccl̄ie p̄secrate. ⁊ intelligo qñ ī gredīt̄ cā orōis. Alio mō p̄ elēosine largitōez. vñ ī Daniele iij. c. Pctā tua elemosinis redime. de pe. di. i. medicinā. Et credo q̄ p̄ q̄libz bonū op⁹ deleāt̄ur. vt. c. p̄allega. Alio mō

De confessione

p deuotā sumptōez alicui⁹ sacramēti. potissimē sacri eucha-
ristie. de pse. di. ij. cū omne crimē. intelligas tñ qñ dico sic pec-
cata venialia dūmitti qñ psona nō habet nisi pctā venialia.
qz si h̄et mortalia nūq̄ venialia sibi remitterēt q̄sq̄ mor-
talia essent remissa. q̄suis aut venialia q̄ntū ē de natura sua
nō sint de nccitate cōfiteāda: tñ est multū cōgruū maxime vi-
ris pfectis. sicut sunt plati et religiosi q̄ p̄fiteāt. qz pena eorū
multū minuit p̄tute clauū. Notādū aut q̄ i casu aliq̄ hō
teneat cōfiteri pctm veniale. et h̄ duobz modis. Priō pp̄ du-
biū. s. qñ p̄babiliter dubitat de aliq̄ vtz sit mortale aut venia-
le. qz si nō peniteat sic de mortali discrimi se exponit. et ideo
d̄z p̄fiteri sic iacet in p̄scia sua. et iudicio sacerdotis relinq̄t v/
trū sit mortale vl veniale. Et cōsulo sacerdoti q̄ nō sit nimis
pn̄ ad iudicādū pctā esse mortalia: s̄z pōt dicere esse pctm et
inducere hoīez ad p̄nāz. Teneat etiā scōo hō p̄fiteri pecca-
tū veniale pp̄ eccl̄asticū statutū. qñ sc̄z nō h̄z remorsū con-
scientie de aliq̄ pctō mortali. qz cū ex statuto eccl̄ie teneat q̄li-
bet cōfiteri i q̄dragesima. tal teneat p̄fiteri. et cū nō habeat pec-
cata mortalia q̄ p̄fiteat optz q̄ p̄fiteat venialia. Dicūt tñ ali-
q̄ q̄ sufficit q̄ p̄ntet se sacerdoti dicēs. dñe nō habeo p̄scia
d̄ aliq̄ pctō mortali. tñ p̄sento me vob̄ vt videat̄ p̄scia meā
tñ p̄mū p̄puto p̄. Tenedū ē q̄ q̄ n̄ ē nccariū p̄fiteādi pctā ve-
nialia. s̄m q̄ t̄lia sūt. tñ mltū vtile ē et expediēs. n̄ teneat q̄s ad
p̄fiteādū ea nisi d̄ bono et eq̄ nisi i duobz casibz p̄dictis. l̄ qz ligat̄
a p̄pa p̄scia. qñ. s. dubitat vtz sit mortle l̄ veniale. vl a p̄stōe
eccl̄astica. qñ. s. n̄ h̄z mortlia q̄ p̄fiteat. Quātū at ad pctā
mortlia dico q̄ oīa pctā mortlia tā occl̄ta q̄ māifesta teneat
q̄libz disticte et singillatī p̄fiteri. et si exciderit a mēoria sua te-
neat laborare q̄tū potit q̄ r̄cordeat. Q. aut teneat p̄fiteri pctā
mortlia māifesta ec̄ sacerdoti ptz qz ad h̄ q̄ sacerdos absol-
uat pctōrē optet q̄ sciat pctā vt de⁹ cuius locū tenz et cuius
autoritate absoluit. s̄z nō p̄t scire ut deus nisi dicat sibi i cō-
fessioe. Ergo q̄ntūcūq̄ pctm sit manifestū confessori pctōr
d̄z sibi dicere in p̄fessioe ipm pctm. Un̄ sicut in foro iudicia-
li non sufficit q̄ iudex sciat causam ut priuata persona. imo

Tractatus. III. secūde partis

oportet qd sciat eā vt iudex. ita i foro penitēciali nō sufficit qd
p̄fessor sciat pctm vt hō. imo optet qd sciat pctm vt de⁹. i. qd
dicat sibi in p̄fessione. Tenet etiā p̄fiteri p̄cta q̄tūcūq; occul
ta. Cui⁹ rō est. Sicut em̄ medic⁹ corpal nō p̄t dare salubre
remediū nisi p̄gnoscat infirmitatē. ita p̄fessor q̄ ē medic⁹ anie
nunq; p̄t imponere penitentiā salubrē nisi p̄gnoscat pctm.
Nō p̄t autē cognoscere pctm occultū nisi reuelet sibi i p̄fessione.
q̄ optet qd pctm q̄ntūcūq; occultū p̄fiteat. Iustū ē ei vt p̄ctor
q̄ nō erubuit peccare i cōspectu dei cui nihil p̄t occultari non
erubescat ipm cōfiteri hoi p̄fessori. Apparet ḡ qd p̄cta morta
lia q̄cūq; siue sint occulta siue manifesta oīa ⁊ singula distin
cte ⁊ singillatim sunt p̄fiteāda. Sed nūqd circūstātie pctō
rū sunt p̄fiteāde. Dicēdū qd circūstātie q̄ sunt attēdēde i p̄fel
sione in h̄ p̄su p̄tinent. Quis qd vbi p̄ q̄s cui quō qm̄. Quili
bet attēdat ale medicamīa dādo. Dicēdū q̄s. i. vtz ipe p̄ctor
sit mascul⁹ vl̄ feia: senex vl̄ iuuenis. nobil⁹ vl̄ ignobil⁹. liber
vl̄ seru⁹. i. dignitate seu officio p̄stitut⁹. aut plat⁹ sane mētis
vl̄ insan⁹. sciēs vl̄ ignorās. solut⁹ vl̄ cōiungat⁹. claustral cle
ric⁹ vel laic⁹. cōsanguine⁹ affinis vl̄ extrane⁹. christian⁹ he
retic⁹ iude⁹ vel pagan⁹ ⁊ filia. Quid. i. vtz p̄misit adulteriū
vel fornicatōez. stupr⁹ vl̄ homicidiū aut sacrilegiū et filia
Itē vtz qd p̄petrauit sit enorme vl̄ mediocre l̄ puū. Itē an
illd sit manifestū aut occultū. antiquū vl̄ nouū ⁊ filia. Ubi
scz in loco p̄phano an sacro. i. domo dñi aut alibi. Per q̄s. f.
mediatores aut nūcios. qz oēs tales facit eē p̄ticipes criminis
⁊ dānatōis. ⁊ ipe ē re⁹ p̄ pctis eoz. Itē p̄ q̄s. i. cū q̄b p̄ q̄b ⁊
p̄ q̄s. Quoties. i. q̄ties p̄guit adulterā vl̄ fornicariā. et vtrū
vnā vel ples. q̄ties dixit primo s̄ba p̄tūeliosa vl̄ iuriosa. et
q̄ties itauit iniurias ⁊ filia. vuln⁹ em̄ iteratū tardius sanat
Lur. f. q̄li tēptatōe vl̄ occasiōe s̄ fecerit. ⁊ vtz p̄uenerit ipaz
tēptatōez vl̄ fuerit p̄uētus ab ea. Itē vtz spōte vl̄ coactus
⁊ q̄coactiōe p̄ditōali vl̄ absoluta. Itē vtz cupiditate l̄ pau
ptate. Itē vtz ludēdi vl̄ nocēdi aīo et filia. Quō. i. de modo
agēdi ⁊ patiēdi qd meli⁹ actu q̄ lectōe seu locutōe scit. Quā
scz an in tēpe sacro puta dieb; festiuis. xl̄ ieiunioz vel alijs

De confessione.

dieb. Itē si añ acceptā pñiaz vel post frāgēdo ipaz pñiam.
Itē s̄ sunt circūstātīe q̄ sunt in omī pctō attēdēde. q̄z q̄dam
respiciūt psonā ipī? pctōris. aut psonā illi? cui facta ē iniqui-
tas. sicut est q̄s. Quedā respiciūt ipm pctm: et h̄ vel q̄ntū ad
substantiaz facti. et sic est quod. vel quantū ad modum agen-
di: et sic est quomodo. vel q̄ntū ad causam finalem. et sic est
cur. v̄l q̄ntū ad causam adinuātē. et sic ē q̄s. vel q̄ntū ad fre-
q̄ntiā actus. et sic ē q̄tiēs. Quedā respiciūt tpus. et sic est q̄n
q̄dā respiciūt locū. et sic ē vbi. Hāz aut circūstātiaz q̄dam
mutāt spēm pctī. sicut accipere alienā inuito dño ē peccatū
furti. mō isto pctō addat ista circūstātia vbi. s. q̄ accipiat d
loco sacro. iā mutat spēs pctī. qz nō solū ē furtū imo sacrile-
giū. Silz cogscere mliere nō suā ē fornicatio. addat ista cir-
cūstātia q̄s scz q̄ ista nō sit coniugata iā est adulteriū. v̄l q̄ sit
ego iā ē stupr. v̄l q̄ sit cōsanguinea iā est incest. Uel addat
ista circūstātia quō. i. q̄ nō cogscat mō debito. iā mutat spēs
qz ē pctm p naturā. Silz inebari de sua natura nō ē peccatū
mortale. addat ista circūstātia q̄tiēs. s. q̄ iā habz in vsu q̄ in-
ebriet se iā est pctm mortale. Silz aliuz pcutere iūriose est
pctm. addat ista circūstātia q̄s. s. q̄ ille q̄ pcutit sit clericus: iā
mutat species. qz ibi ē ex cōmūnicatio. et sic de alijs circūstan-
tijs. Quedā s̄o circūstātīe nō mutāt spēm peccati s̄ agguāt
pctm. vbi grā. Cogscere solutā nō suā ē fornicatio. mō adda-
tur ista circūstātia q̄n. i. q̄ cogscat tpe sacro. licet non mutat
spēs peccati tñ agguat pctm. vel addat ista circūstātia q̄d. i.
q̄ fornicet publice et manifeste. certe iā agguat pctm. et sic d
alijs circūstātījs. Quedā s̄o circūstātīe sunt q̄ releuāt pctm
sic pcutere clericū est pctm. addat ista circūstātia. s. q̄ aliq̄s
pcutiat cū ludo iā minuit pctm. Silz accipere alienā ē pec-
catū. addat ista circūstātia q̄n. i. q̄ aliq̄s accipiat eā tpe ma-
gne necessitatis. certe minuit pctm. et sic de alijs. Patet q̄q̄
circūstātiaz q̄dā sunt q̄ mutāt spēm pctī. q̄dā q̄ aggravant.
sed nō mutāt. et q̄dā q̄ alleniāt. De circūstātījs q̄ mutāt spe-
cie peccati dicūt p̄cordit̄ doctores q̄ sunt de nccitate p̄fitē-
de. Un̄ nō sufficit dicere i p̄fessioe. accepi alienā rem. imo si

Tractatus. III. secūde partis

accepta fuerit de loco sacro optet q̄ exp̄mat̄ dicēdo. accepi il-
lud de ecclia vel de tali loco. Nō em̄ sufficit dicere. peccavi
cū mliere. imo optz q̄ exp̄mat̄ si sit cōiugata vl̄ virgo vl̄ cō
sanguinea vl̄ religiosa. 7 sic de alijs. De circūstātijs at̄ agguā
tibz sz nō mutātibz sp̄z p̄cti ē diuersitas int̄ doc. Nā qdā di-
cūt q̄ tenēt de nccitate. Alij aut̄ dicūt q̄ nō sunt de nccitate
p̄fiteēde. Est tñ mltū 2gruū 7 vtile q̄ p̄fiteāz. 7 h̄ maxie viris
p̄fectis et intelligētibz. 7 credo q̄ p̄fessores dñt interrogare de
hmōi circūstātijs. et potissime simplices. de h̄ tñ magis dicet̄
infra. De circūstātijs aut̄ alleniatibz dicūt doc. q̄ nō dñt cō-
fiteri nisi forte iutrogenz ab eis. Ex p̄dictis patz quō tā pec-
cata veīalia q̄ mortalia sunt p̄fiteēda. Que aut̄ sunt peccata
mortalia dicet̄ ifra qñ agez de interrogatōibz fiēdis in p̄fessi-
one. qz si ponerēt hic opteret itez ponere ibi.

Qualis debz esse cōfessio

Cap. VI.

1 D sciēdū q̄lis dz esse cōfessio. Notādū q̄ David i ser-
cūdo psalmo penitētiāli: q̄ ē tricesim⁹ i ordine ponit
sūmarie p̄dīctōes p̄fessōis dicēs. Dixi p̄fitebor ad-
uersuz me iūsticias meas dño. 7 tu remisisti impietate pecca-
ti mei. Ubi inuit q̄ p̄fessio dz esse p̄mo p̄meditata. ideo dicit̄
dixi. i. i corde meo disposui. Scdo dz esse apta n̄ palliata. iō
dicit̄. cōfitebor. i. nō tacebo 7 nō palliabo: nō excusando nec
defendēdo me. Tercio dz esse accusatoria. iō dicit̄. aduersuz
me. i. 5 me n̄ excusando 7 defendēdo me. Quarto dz esse p̄cū-
da. iō dicit̄ iūsticias. i. p̄ctā de q̄bz hō verecūdat̄. Quito debz
esse p̄p̄a. iō dicit̄ meas: non alienas. Sexto dz esse meritoria.
Nā seq̄t̄. 7 tu remisisti impietate p̄cti mei. Ut aut̄ magis p̄ricula-
riter p̄cedam⁹ notādū ē q̄ p̄fessio ad h̄ q̄ pficiat dz h̄ie. xvi.
p̄dīctōes q̄ i his versibz p̄tinēt. Sit simplex hūil̄ p̄fessio pu-
ra fidel̄. Atqz freq̄ns nuda discreta libens verecūda. Inteḡ
secreta lacrimabil̄ accelerata. Fortz 7 accusans 7 sit parere
para. P̄ia 5 cōditio ē q̄ sit simplex. Simplex dr̄ q̄si sine pl̄-
ca. vñ p̄fessio dz esse sine plica alicui⁹ falsitatis. ita q̄ nō tace-
at vez nec admittet̄ falsum etiā hūilitatis causa. vñ Aug⁹.
Lū hūilitatis causa mēt̄is si nō eras p̄ctōz anq̄ mētebaris

De confessione

metiēdo efficiet^r re^o. Un^o cōfite^rs nō d^z celare q^d fecit. nec di
cere q^d nō fecit. s^z simpl^r z de plano narrare omīa p^{er}ā sua. q^z
vt dicit sapiēs. Qui ambulat simpl^r ambulat p^{er}fidēter. Se
cūda p^{er}ditio ē q^d sit hūilis. tal^r fuit p^{er}fessio publicani de q^d ait
christ^o i Luca q^d nō audebat ad celos oculos leuare s^z p^{er}curie
bat p^{er}ect^o suū dicēdo. de^o p^{er}pici^o esto mihi p^{er}ctōri. z iō recessit
iustificat^o. Jō dicēb^rus Petr^o ap^{er}lus. Nūllam sub potēti
manu dei vt vos exaltet i t^{em}p^{or}e visitatōis. q^z vt dic^r Job. Nūi
lē spū suscipiet gl^{ori}a. Tercia p^{er}ditio ē q^d sit pura: q^d nō fiat p^{er}
pter ypocritism^u v^{el} p^{ro}p^{ter} vanā gl^{ori}az. s^z fiat pure p^{ro}p^{ter} deū. z nō
fiat timore fuili. i. timore pene iⁿferni: s^z timore filiali. i. timo
re offense diuine sic dictū fuit s^{ed} de p^{er}trito^e. Fiat etiā sine fictio
ne. q^z tal^r p^{er}fessio esset p^{er}fessio lupi. de q^d fabulose narrat q^d sel
p^{er}stibat: et cōfessor dixit sibi. Pac^e signa facis aī^m tū extimo
fallacē. Uix solitā vitā mutāt solit^o habit^o. Uix amic^o eris
ouib^{us} q^{uod}q^{ue} dicas. q. d. lic^{et} p^{re}das p^{er}trito^ez et p^{ri}uaz exterius
i facie. maliciā tū retines i aīo interi^o. i. in corde. Quarta cō
ditio ē q^d sit fidel^r. s. vt tā cōfite^rs q^{uam} p^{er}fessor sint i fide catholi
ca z fiat p^{er}m doctrinā eccl^{esi}e z nō p^{er}m doctrinā hereticor^{um}. Ita
etiā vt fiat sub spe venie. ne sit sic cōfessio iude p^{er}ditōis. q^{uod} p^{er}
q^{uod} fuit opti^e cōfessus dicēs. peccauī tradēs sanguinē iustuz
despauit d^{omi}nia: z abiēs laq^{uo} se suspēdit. p^{ro}bat ista d^{omi}ni p^{er}. di.
i. q. i. quē penitet. z dist. vi. q^{uod} vult Quīta p^{er}ditio ē q^d sit fre
q^{ue}ns. q^{uod} dupl^r intelligēdū ē. Uno mō vt q^{uod} frēq^{ue}nt^r ceciderit
p^{er} p^{er}ctm mortale frēq^{ue}nter resurgat p^{er} p^{ri}uaz. de h^{ab}et de pe.
dist. iij. c. hec de charitate. s. reperiunt^r. et. s. septies in die ca
dit iustus. et. s. adhuc instant p^{er}fidi. Alio modo vt eadē pec
cata frequenter confiteantur. Unde Augustin^o. Quāto cō
fite^r quis pluribus turpitudinē criminis: tanto facilius cō
sequit^r veniam remissiōis. De hoc tamen quomodo ad hoc
tenetur quis dicet infra quādo agetur de iteratōe confessio
nis. Sexta conditio est q^d sit nuda. quia nō debet confite
ri p^{er} nunciuz nec per epistolam: sed vna voce ore proprio et
presentialiter. vt qui per se peccauit: per se erubescat. Item
non debet cōfiteri verbis vel nominib^{us} criminū palliativis

Tracta. III. secūde partis.

sed q̄olibz pctm̄ noīe pprio suo q̄ntūciqz turpe exp̄mat. tñ honeste. 7 oēs circūstātiās q̄ntūciqz turpes et abomiabiles exp̄mat. vt sic tota sanies apostemat̄ expellat̄. De circūstan-
tijs quō sint p̄fite de habes s. c. p̄cedenti. Nota etiā q̄ mu-
tus p̄t et d̄z cōfiteri p̄ signa. 7 hō q̄ ē alteri⁹ ligue 7 ydeoma-
tis. Ita q̄ si cōfessor nō intelligeret eū d̄z cōfiteri p̄ interprē.
7 interpreter ita tenet tenere cōfessioem sicut sacerdos. No-
ta etiā q̄ si aliq̄s scribat pctā sua in carta vt meli⁹ recorderet
d̄ eis et legat cartā corā sacerdote bñ fac. Septia p̄ditio ē
q̄ sit discreta. s. ut distincte et sepatim cōfiteat̄ pctā sua non
cōfufe. iuxta illud ps. Lauabo p̄ singulas noctes. i. p̄ singla
pctā lectū meū. i. cōscientiā meā. Itē 7 eligat pitū iudicem.
Aug. Sacerdotē q̄ras q̄ te sciat ligare 7 soluere. 7 d̄ h̄ q̄re s̄
cui faciēda ē p̄fessio. Octaua p̄ditio ē q̄ sit libēs. i. volūta-
ria vt nō sit sicut p̄fessio Achor q̄ coact⁹ p̄fessus ē 7 lapida-
tus. sed sic p̄fessio dextri latrōis i cruce. Licet enī dolere de
beat p̄pter pctā q̄ omisit. tñ gaudere d̄z p̄pter vitā qm̄ recupe-
rat. vñ p̄tigit gaudiū 7 dolorē etiā sil⁹ 7 sel⁹ ē i eod̄ subiecto.
Un̄ in ps. Scdm̄ mltitudinē dolor̄ meor̄ i corde meo p̄so-
latōes tue letificauerūt aīaz meā. Nona p̄ditio ē q̄ sit ve-
recūda. cū magna em̄ recūdia d̄z cōfiteri pctōr̄. 7 sic merebi-
tur veniā. Aug. Laboret mēs patiēdo erubescētiā. Et qm̄
recūdia ē magna pena: q̄ erubescit p̄ pctō sit dignus venie.
de pe. di. i. quē penitet. Nō tñ tāta d̄z esse recūdia q̄ p̄pter eā
dimittat dicere veritatē. Un̄ sapiēs Eccli. iij. Ne p̄fudarīs
p̄ aīa tua dicere verū. est ei cōfusio adducēs ad gl̄iaz siue ad
veniā. Decima p̄ditio ē q̄ sit integra. s. vt dicat oīa pecca-
ta sua. nō dicēdo ea int̄ duos sacerdotes. s. dicat oīa vni ni-
hil penit⁹ dimittēdo. De⁹ em̄ summe p̄fectus opus imp̄fer-
ctōnis nō nouit. aut em̄ totū hoīez sanat aut nihil. Versus
circa b̄. Sūma dei pietas veniā non dimidiabit. Aut nihil
aut totū te penitēte dabit. Aug. Laueas ḡne verecūdia du-
ctus diuidas p̄fessioez. Undecima p̄ditio ē q̄ sit secreta-
tā ex pte cōfiteētis q̄ ex pte cōfessoris. Ex pte cōfiteētis ut n̄
p̄dicet peccata sua i plateis ne aliū scādalisent i pctō. et ne sit

De confessione.

de illis q̄ cū malefecerint gl'iant. Quō aut̄ d̄z esse secreta ex
pte cōfessoris dicit̄ infra qñ agē de sigillo p̄fessōis Duo
decima p̄ditio ē q̄ sit lacrimabil. ⁊ de h̄ Hieremias ait. Per
diē ⁊ noctē non des req̄em tibi. neq̄ taceāt pupille oculi tui.
Un̄ dicit̄ Ioh̄es Chriſt. Lacrimelauāt delictū qđ pudor
ē p̄fiteri. Et i vitate magnū signū sunt cōtritōis lacrimae po
tissime in hoīe adulto. Nā in puulo ⁊ mliere nō est mltū cu
randū de lacrimis. Nā de mliere dicit̄ Quidi⁹. Ut flet̄ o
culos erudiere suos Tredecima p̄ditio q̄ sit acceleratā. i. se
stina. Et de ista p̄ditōe req̄re s̄. i. caplo qñ faciēda ē cōfessio.

Decimaq̄ta cōditio q̄ sit fortis. exēplo b̄e marie magda
lene q̄ adeo fuit fortis i penitēdo p̄p̄t amarā interi⁹ p̄p̄tōz
q̄ nullo pudore obstāte publice cōfessa fuit turpitudinē pec
catorū suoz. Sic p̄ctōr d̄z esse fortis in penitēdo ⁊ p̄fiterēdo
p̄cta sua q̄ nullo mō retrahat a p̄fessōe illoz. q̄ scriptū ē in
Laticis. Fortis ē vt mors dilectio. Quiradecima p̄ditio
q̄ sit accusatoria. i. q̄ dicat se p̄ctm̄ omis̄isse ex p̄p̄a malicia
accusando se fortis nō p̄tēdens excusatiōes in p̄ctis. sicut fe
cerūt p̄mi penes. Un̄ sapiēs. Iust⁹ in p̄ncipio accusator ē
sui. Veniet amic⁹ ei⁹ ⁊ excusabit eū. Iste amic⁹ ē de⁹. ⁊ nisi
p̄ctōr mō se accusat corā isto amico ⁊ corā sac̄dote dei vica
rio habebit i futuro multos accusatores. i. deū. p̄p̄az p̄scīaz
dyabolū. p̄ctm̄. ⁊ etiā totū mūdū. q̄ vt dicit sapiēs. Pugb̄it
tor⁹ orbis terraz s̄ insensatos. i. p̄ctōres. Si autē mō accu
set se p̄ctōr. de⁹ excusabit eū in futuro. Sedecima p̄ditio
q̄ sit parere pat̄. i. q̄ sit obediēs. Aug. Ponat se penitēs oī
no in p̄tate iudicis. i. i iudicio sacerdotis. nihil reseruās. ⁊ oīa
eo iubēte pat̄ sit facere. p̄ recupanda vita aīe q̄cūq̄ facerz p̄
euitāda corpis morte. et h̄ cū desiderio. q̄ recuperat vitā infi
nitā. Cū gaudio enī d̄z facere imortal futur⁹. q̄ faceret p̄ dis
ferēda morte moritur⁹ Raymū⁹ aut̄ in summa sua addit
alias duas p̄ditōes. Prima est q̄ sit p̄p̄a. i. q̄ seipm̄ accu
set p̄ctōr et nō aliū. Unde dicit ps. De⁹ vitā meā annūciaui
tibi. vitā inq̄t meā. nō alienā. alias si crimē vel peccatū alte
rius p̄deret nō esset criminis illi⁹ corrector sed p̄ditor vt de

Tractatus. III. secūde partis.

tractoz. Un̄ null⁹ debz aliū noīare in ꝑfessiōe. nec sacerdos
dz de noīe eū interrogare. Fallit aut̄ istud qñ circumstantia
pcti est tal q aliter nō p̄t ꝑfiteri pctm. puta si ꝑgnit m̄fz vel
filiā. Quid aut̄ z quō faciēdū sit in h̄ casu dictū ē sup. caplo
cui faciēda. Scda ꝑditio cōfessiōis quā addit Ray. ē q
sit morosa. ut nō dicāt pctā in trāsitu sicut cāpsores ꝑputāt
nūmos. sed cū maturitate z morosa deliberatōe: vt ex h̄ battē
dat deuotio et maior habeat cōtritio et ꝑecūdia. Cōfiteat ḡ
pctor iuxta formā supradictā. z habita remissiōe peccatorūz
habebit ꝑm̄ia beatorū.

De iteratōe cōfessiōis

Cap. VII.

Item vt dictū est sup multū vtile sit et fructuosūz fre
qñter cōfiteri. aliqñ tñ est necessariū. Notāduz ḡ q
docto. ponūt aliq̄s casus in q̄b de nc̄itate salutis ꝑfessio est
iterāda. Prim⁹ est ppter enozmitatē sceleris. s. qñ aliq̄s ha
bet aliquē casum de q̄ ꝑfessor su⁹ nō p̄t eū absoluerē: z remit
tit eū ad supiorē: dz ꝑfessiōem quā fecerat inferiori ifare supi
ori vt sciat q̄ penitētia sit ei imponēda. nisi forte supior qñtū
ad casum illū ꝑmitteret vices suas iferiori. ꝑbatur ille casus
xxxij. q. ij. c. latoz. extra de pe. et re. significauit. Scdus
casus ē ppter iḡratiā cōfessoris. si em̄ cōfessor sit iꝑerit⁹: z ne
scit sibi iꝑonere ꝑniā p pctis cōfessis debz eū remittere ad
ꝑfessorē p̄itū q̄ ei sciat ꝑniā salutarē imponere. z iste tenet
pctā pmo cōfessa itez cōfiteri. Un̄ Aug. Sacerdotē q̄ras q̄
te sciat soluere z ligare. Terci⁹ casus est ppter ꝑtēptū satisf
factōis. vt qñ aliq̄s fuerit ꝑfessus de pctis suis z ꝑtēpsit fa
cere ꝑniāz sibi iꝑosita et excidit a mēoria sua q̄ fuit illa ꝑniā
tenet itez cōfiteri illa ac eadē pctā si recordet de eis. ꝑbatur
iste casus de pe. di. iij. si apls. Distingueñdū tñ est ī isto casu
qz aut iste cōfiteat eidē cōfessori cui pmo erat cōfessus aut aliq̄
Si cōfiteat eidē aut iste ꝑfessor recordat de pctis ꝑus ꝑfel
lis: et tūc nō tenet nisi velit itez cōfiteri ea sibi. s. z sufficit di
cere. dñe ego alias fui ꝑfessus vob et vos recordamī de q̄b.
sciat q̄ ego cōtēpsi facere ꝑniāz quā mihi iꝑosui. nec re
cordoz q̄ fuit. iō venio ad vos vt illā vel aliā penitētiāz mihi

De confessione

imponatis. Si autē p̄fessor nō recordet̄ de p̄ctis p̄mo sibi cōfessis credo q̄ tenet̄ itez cōfiteri. Et idē dico si cōfiteat̄ aliq̄.

Quart⁹ casus est p̄pter maliciā fictōis p̄ctōis. s. q̄n aliq̄s sciēter retinet aliq̄d mortale p̄ctm̄ i cōfessioē q̄uis p̄fiteatur oīa alia p̄cta sua tenet̄ illud q̄d retinuit ⁊ oīa alia itez p̄fiteri. Et rō est. qz p̄ma cōfessio nō facta fuit i charitate cū ip̄e remaneret in p̄ctō mortali. q̄ fuit impossibile p̄ctā alia sibi dīmitti. q̄ si nō fuerūt dīmīssa tenet̄ itez ea cōfiteri. Un̄ Aug. Scio dñm inimicū omīi crimīoso. quō q̄ p̄ctm̄ refuer de alijs recipiet veniā. de pe. di. iij. sunt p̄les. Nota tñ dīstīnctōez posita i p̄cedēti casu. qz si cōfiteat̄ eidē sacerdoti sufficit q̄ dicat. q̄n fui cōfessus vobis retinui maliciose istud p̄ctm̄. ⁊ h̄ si cōfessor recordet̄ de alijs p̄ctis. s. si nō recordet̄ tenetur itez oīa p̄fiteri. Et idē dico si p̄fiteat̄ aliq̄. Et q̄ i istis q̄rtuor casibz sit cōfessio iterāda de necessitate p̄cordāt oēs doctores. Sūt tñ aliq̄ casus in q̄bz doctores variāt. Prim⁹ ē p̄pter peccati obliti recordatōez. Scōs ē p̄pter reciduatōez. Dicunt em̄ doctores aliq̄ q̄n aliq̄s recordat̄ de aliq̄ mortali peccato q̄d si fuerit p̄fessus v̄l q̄n reciduat i aliq̄d aliud p̄ctm̄ q̄d antea fuerat cōfessus. puta q̄ fuerat p̄fessus de adulterio. iterū p̄mittit et relabit̄ i adulteriū. itez tenet̄ oīa p̄cta p̄us cōfessa cōfiteri. Et q̄ntū ad p̄mū casuz est rō. qz alias nō est cōfessio itēgra. Quātū ad scōm casuz ē rō istoz. qz dicūt q̄ oīa p̄ctā q̄ntūcūq̄ p̄us dīmīssa redeūt p̄pter ingratitudinē in reciduatōz. Alij dicūt q̄ sufficit dicere i generali se alias peccasse. ⁊ de nouo de h̄ p̄ctō recordatū fuisse. v̄l d̄ nouo h̄ p̄ctm̄ p̄misisse. Tercij dicūt q̄si medio mō dicētes q̄ i p̄dictis duobz casibz p̄ctā eiusdē generis tenet̄ itez p̄fiteri i sp̄ali. p̄ctā h̄o aliteri⁹ generis sufficit p̄fiteri i generali. vbi gr̄a. Aliq̄s r̄cordat̄ se mō p̄misisse p̄ctm̄. s. furtū. si alias fuerit cōfessus de furto tenet̄ itez p̄fiteri d̄ eodē furto i sp̄ali. vt dīc̄ opinio p̄ma. de alijs aut̄ p̄ctis sufficit p̄fiteri i generali vt dīc̄ scōa opinio. ⁊ idē dico d̄ r̄ciduō. Que istaz opinionū sit melior ⁊ verior flinq̄ iudicio meliori. ⁊ vnusq̄sq̄ quā voluerit eligat. Aḡ godefrid⁹ d̄ Fōtanis i theologia parisijs mgr̄ i q̄dā quodlibeto

Tracta. III. secūde partis.

suo addit vnū aliū casuz. s. qñ aliq̃s p̃fiter̃ aliq̃d pctm̃ ⁊ non
dolet nec penitet de pctis vel de pctō p̃terito. nec pponit ab
stinere i futuro tal tenet itez cōfiteri. Et int̃ mltas rōes q̃s
ad h̃ adducit vna ē. Qm̃ i essentialz ordinatis posteri⁹ non
p̃t esse sine p̃ori. ⁊ multo min⁹ p̃t stare cū opposito p̃oris. sic
aliq̃s nō p̃t p̃firmari nisi fuerit baptisat⁹. qz baptism⁹ ⁊ p̃fir
matio hñt necessariū et essentialē ordinē inter se. Sz p̃fessio
⁊ p̃tricio habēt necessario essentialē ordinē int̃ se. q̃re ad h̃ q̃
cōfessio h̃mōi valeat optet q̃ p̃tricio p̃cedat cōfessionē. l̃ ad
min⁹ sit sil cū ea. sz in casu p̃posito p̃tricio nō p̃cedit. nec ē sil
cū cōfessioe. imo et⁹ oppositū ē sil cū p̃fessioe. s. delectatio ⁊
p̃placētia in pctō. q̃re illa cōfessio nihil valuit. ⁊ iō optet q̃
iteret. Ulez est q̃ fr̃ Berni. ganacho de galliato baccalarius
in theologia. et q̃ndā elect⁹ claromō. i correctorio suo p̃ di
ctū mgrm̃ Bodefridū diē. q̃ tal nō tenet de nēcitate itez cō
fiteri. sed tenet itez cōteri de pctis pus cōfessiois fecte: ⁊ de ip̃a
fictōe et ṽtute p̃fessiois fecte ⁊ p̃tricionis p̃ntis remittūt sibi
p̃cta. Arguit ḡ sic. Tm̃ valet ⁊ p̃t p̃tricio i ṽtute p̃fessiois fa
cte q̃z tū valz ⁊ p̃t in ṽtute cōfessiois faciēde. sz p̃tricio in ṽtu
te p̃fessiois fiēde delz oīa pctā. vt tenz docēna fidei christiāe.
ḡ ⁊ in ṽtute p̃fessiois iā fecte. Cōfessio em̃ iā facta habuit ex
istētiā realē. ⁊ iō virt⁹ ei⁹ p̃t opari meli⁹ q̃ illi⁹ p̃fessiois q̃ nō
dū fuit. Que istaz opinionū sit verior nescio. tñ credo q̃ te
net cōfiteri saltē i generali. s. q̃ fuerit alias p̃fessus mlt̃a pct̃a
de q̃b nō penitebat nec pponebat abstinere. sz mō cōterit̃ d̃
ip̃is: ⁊ est patus facere p̃niam iniūctā. Et credo q̃ si in sp̃ali
cōfiteret̃ oīa peccata bñ facerz. Et istud vidē sentire Ray. in
sū. sua. Rōnez ei⁹ vide sup̃ i isto eodē caplo. versu. q̃rt⁹ casus

Quō debeat se h̃e sacerdos ad p̃fiterē **Ca. VIII**

Sct̃o de cōfessioe q̃ est ⁊ q̃lis debeat esse: restat ostē
dere de cōfessore. Et p̃mo quō debeat se h̃e ad p̃fi
tentē. Circa qd̃ notādū q̃ cōfessor d̃z gerere vices
sp̃ual' medici. pctōr vero vicē sp̃ualis egroti. Sic em̃ corpa
lis medic⁹ ad egrotū accedēs p̃mo mulcet ip̃m egrotū ⁊ p̃pa
tit ei se p̃formādo i firmo: verbis blāditi: sanitatē pollicet: vt

De confessione.

eger p̄fidenti⁹ detegat morbi q̄ntitatē ⁊ doloris acerbitatē.
sic sacerdos q̄si medic⁹ sp̄ual' dñi ad eū accedit p̄ctōr: q̄ ē qua
si sp̄ualis egror⁹ dz p̄ctōrē verb' allicere: blādimētis mulce
re: vt facili⁹ egror⁹. i. p̄ctōr detegat morbū. i. p̄ctm. Debet ḡ
p̄fessor p̄ctōrē docere ⁊ monere vt ad pedes ei⁹ hūilit' sedeat.
nec patiat' eū sedere de pari. Et si sit mlier dz eā docere vt se
deat ex trāsuerſo ne r̄spiciat sacerdos faciē mlieris. qz vt dicit'
in Abacuc. Facies mlieris facies leonis ⁊ v̄t' v̄rēs. Nece
tiā respiciat quēcūqz cōfitemē in faciē. qz exide audaci⁹ p̄fi
tebit'. Exinde pio ac dulci ſuauiqz colloq̄o dz ip̄m inducere
ad cōpunctōez p̄ponēs bñficia q̄ ch̄rist' ei p̄tulit: potissime
in passiōe ſua. quādo. ſ. p̄ ſaluādis p̄ctōribz voluit rātū do
lorem ſuſtinere. Itē qz ip̄e dixit. Nō veni vocare iuſtos ſz
p̄ctōres. Itē oñdat ei q̄ illi qui pl⁹ peccauerūt ſi bñ penitent
mag' diligūt a deo poſtea ⁊ exaltant'. ſicut patz i David Pe
tro Paulo: maria magdalena: et latrōe: q̄ omnes fuerūt ma
gimi p̄ctōres. Et qz bñ penituerūt de p̄ctis ſuis poſtmodū
fuerūt amati ſz ſingularit' a deo exaltati. Exponat etiā ſibi
pietate. miſericordiā: charitatē et māſuetudinē dei. q̄bz para
tus ē recipe p̄ctōres. Suadeat etiā ei q̄ nō verecūdet' cōfite
ri ſibi. qz ip̄e ſit p̄ctōr ſic ⁊ ip̄e q̄ p̄fiteſ. imo forte pl⁹ q̄ ip̄e.
⁊ q̄ nō p̄fitebit' ei ſic homi ſz ſicut tenēri locū dei. ⁊ q̄ ip̄e citi
us dimitterz ſe inſici q̄ q̄ reuelarz p̄ctā ip̄i⁹. Et ſi forte ex
oibz iſtis p̄ctōr nō vult p̄fiteri p̄p̄dat ei p̄fessor t̄rore iudicij
⁊ penas iſerni. ⁊ q̄nta mala pata ſunt p̄ctōribz. ⁊ q̄ dire pu
nit de⁹ eos q̄ nolūt penitere: et q̄ miſericordit' parcit penitē
tibo. et oibz iſtis expoſitis audiat ſimplz cōfeſſiōez ip̄i⁹. La
ueat aut' p̄fessor ne expuat v̄l aliqđ ſignū ab omiātōis oñdat
q̄rūcūqz peccator cōfiteat' peccatū flagicioſum ⁊ enorme.
ſed omnia audiat cū māſuetudine et pietate.

De interrogatōibus faciēdis i p̄feſſiōe **Ca. IX**

Uānis q̄dā dicūt q̄ interrogatōes nō ſunt faciēde in
cōfeſſiōe. tñ qz dictū eoz ē multū piculoſuz p̄p̄ ſim
plicitatē et ſecūdiā homi: iō credo p̄riū. ſ. q̄ ſunt fa
ciēde interrogatōes in p̄feſſiōe. Un̄ Aug. ſup̄ illum locum.

Tractatus.III. secūde partis

Qui sine pctō est prim⁹ in ipam lapidē mittat inq̃t. Laueat spūalis iudex q̃ sicut nō cōmīsit crimē neq̃cie : ita non careat munere sciētie. op̃tz em̃ q̃ sciat cog̃scere q̃cqd̃ debeat iudicare. Iudiciaria eī ptās h̃ expostulat vt qd̃ debet iudicare cognoscat. Diligēs igit̃ inq̃sitor exp̃mat sibi. ⁊ subtil̃ inuestigator sapiēter et q̃si astute interroget a pctōre qd̃ forsitā igr̃at l̃ verecūdia velit occultare. Cognito itaq̃ crimine ⁊ varietatibus ei⁹ nō dubitet inuestigare ⁊ locū et tps ⁊c. Quib⁹ p̃gnit̃is assit beniuol⁹ parat⁹ exigere ⁊ secuz on⁹ portare. habeat dulcedinē in affectōe. pietatē ī alteri⁹ crimie. discretōez ī varietate. Nec ⁊ multa alia ponunt̃ de pe. di. vi. Qui aut̃. s. op̃tet. Et ut vult Bre. Clavis ap̃tōis est sermo correctiōis. q̃ interrogādo et increpādo culpā detegit quā sepe nescit ipse etiā q̃ ppetrauit. xliij. di. si rector. Et ita fm̃ ṽbū beati Job Subtilit̃ educēd⁹ ē de sinu pctōris manu obstetricante. i. industria p̃fessoris coluber tortuosus. Viso g̃ q̃ interrogatōnes faciēde sunt ī cōfessiōe. vidēdū est de q̃b⁹ faciēde sunt et q̃ ordine. Uñ sciēdū q̃ interrogatōes faciēde sunt de peccatis mortalib⁹ ⁊ circūstātijs eorūde. Ut g̃ sciat de q̃b⁹ sūt faciēde interrogatōes op̃tz scire q̃t sunt pctā mortalia. Pro q̃ notādum q̃ pctm̃ p̃t esse mortale dupl̃. Uno mō ex natura sua. sicut fornicari est pctm̃ mortale ex natura sua. Alio mō aliq̃s act⁹ p̃t esse pctm̃ mortale ex int̃tōe. sicut cātare ī ecclesia nō est pctm̃ mortale. imo p̃t esse meritoriū. s. cātare vt placeat m̃lieri vt alliciat eā ad peccādū mortale est pctm̃. Et qz int̃tōes hūane sunt q̃si infinite. ideo de his q̃ sunt pctā mortalia ex int̃tōe nō p̃t certa regula dari. Loq̃mur g̃ de his q̃ mortalia sūt ex nat̃a sua. Uñ sciēdū q̃ oēs trāsgressiōes p̃ceptor̃ decalogi sunt pctā mortalia. de his tñ̃ dicet̃ ī tertia parte hui⁹ op̃is qñ̃ ageť de. x. p̃cept̃j decalogi. Quedā em̃ nument̃ ab ap̃lo ī epl̃a ad Ro. xliij. vt ē ydolatria. viciū ⁊ naturā inq̃tas. malicia. fornicatio. auaricia. neq̃cia. inuidia. homicidiū. p̃tētio dol⁹. malignitas. vsura. susurratio. detractio. ptu melia. supbia. elatio. inuētio maloz. iobediētia. in sp̃iētia. in cōpositio. Et ist̃ adūgit illos q̃ sunt sine affectōe. sine federe

De confessione

sine misericordia. Et q̄ oīa ista sint peccata mortalia patz ex
h̄ qd̄ seq̄tur. s. q̄ q̄ talia agūt digni sunt morte. Null⁹ aut̄ est
dign⁹ morte nisi p̄ p̄cto mortali. ḡ oīa p̄dicta sunt p̄ctā mor/
talia. Sz ut d̄ p̄ctis mortlibz certa h̄eat regla notādū q̄ oīa
p̄ctā mortlia reducūt ad. vii. vicia capitalia q̄ p̄tinef i hac di/
ctōe saligia. Un̄ notādū q̄ i ista dictōe saligia sūt septē lfe q̄/
rū q̄libz defuit suo mortli p̄ctō. nā p̄ lřaz s̄ itelligit supbia. p̄
pmū a auaricia. p̄ luxuria. p̄ pmū i ira. p̄ ḡ gula. p̄ scdm i in/
uidia. p̄ scdm a accidia. vn⁹. Dat septē vicia tibi hec dictō sa/
ligia. Iste aut̄ sunt septē male radices q̄ i tra defra iunia z ina/
q̄sa aīaz hoīm p̄ctōz d̄ q̄b ego sū vn⁹ radicāt. Ex q̄libz h̄o
radice eaz mlti rami pullulāt vt tradit Bre. sup̄ Job. Nam
ex ista mala radice q̄ ē supbia oriūt septē pessimi rami. vīcz.
inobediētia. iactātia. ypocris. p̄tinacia. p̄tētio. discordia. p̄sū/
ptio. Et nota q̄ ista vocāt mortlia. qz p̄p̄ ista icurrit h̄o sen/
tētia sp̄ialē. Prīmū ḡ z p̄ncipale int̄ ista ē supbia. i. amor in/
ordiat⁹ suūp̄i. s. p̄p̄ excellētie z honoris. nō referēdo ad ho/
norē dei nec actu. nec hitu. nec ad edificatōz altī⁹ p̄rimī. Et
sunt q̄ttuor modi supbie. Prīm⁹ ē qñ h̄o appetit videri z re/
putari ab aliq̄ melior q̄ sit. et p̄sumit d̄ se q̄ sit bonus. z ē tñ
mal⁹ z p̄ctōz. vl̄ q̄ habeat aliq̄ bōa q̄ nō h̄z. Scd̄s mod⁹ est
qñ h̄o se reputat h̄re bōa a seipo q̄ h̄z a deo. Tercī⁹ mod⁹ su/
pbie ē qñ h̄o f̄putat se h̄re illa q̄ h̄z a d̄o p̄p̄is meritis z nō per
gr̄az di. Quart⁹ qñ q̄s p̄ nobilitatē vl̄ diuitias vl̄ q̄cūqz alia
vult apparere excellēti⁹ sup̄ alios iordiate z pl⁹ q̄s stat⁹ su⁹
exposcat Et nota q̄ rami supbie q̄ sup̄dicti sūt ab aliq̄b nū/
cupantē filie q̄ aliq̄līe p̄p̄ simplices sunt describēde. Un̄ ino/
bediētia ē cōtēptus p̄cepti sup̄ioris. s. dei vl̄ cuiuscūqz hoīs
cui tenet obedire. vt p̄ h̄o iobediēs videat nō altī subūci l̄
esse subiect⁹. ypocris est exteri⁹ oñdere deuorōez fictē p̄pter
laudē hoīm habēdā. Cōtētio vl̄ p̄tēdere ē resistere alijs per
verba et nō velle ab alijs supari in verbis et lite: vt p̄ hoc ex/
cellēti⁹ videat. Pertinacia est qñ p̄p̄ie opinionī vl̄ scientie
homo nimis inordinate innitit: nolens credere cōsilio maio/
rū vt per hoc appareat sapienti⁹. Discordia est qñ aliquis

Tractatus. III. secūde parris

rebellat et tradidit volūtatī meliorū pterue et ex supbia cor
dis. Presumptio ē qñ qñ p vestes iordinatas et alia qñqñ
mirabilia vult apparere et gliari et ab illis a qñ vidē valēti
or reputari. Deradice auaricie nascūt sex. s. pditio. fraud.
fallacia. piuriū. inqētudo mētis. s. misericordiā cordis obdu
ratio. Proditio ē dol⁹ i reb⁹ interiorib⁹. Fraud ē deceptio i
reb⁹ exteriorib⁹ ppter defectū vēdite rei vlt̄ empte. Fallacia
est deceptio et dol⁹ i vbo ad decipiēdū primū siue i vēdēdo
siue i emēdo. Periuriū est verbū s. mentē platū cū iuramen
to. vel iuramentū mēdosum ppositū vlt̄ affirmatū. Inqētū
do mētis ē nimia et iordinata sollicitudo circa diuitias ac
quirēdas et filia. Cordis obduratio est qñ auar⁹ obdurat et
cōfirmat cor suū qñ nihil dabit paupib⁹. nec misericordiē sub
uenit alteri. Auaricia ē appetit⁹ iordinatus habēdi indebi
te diuitias. vel qñqñ possunt emi vlt̄ vendi p pecuniā. Est
aut duplex auaricia. qdam qñ hō nimis ardēter custodit res
suas nō iniuste capiēdo alienū. et talis auaricia est pctm mor
tale tm̄ in duob⁹ casib⁹. Prim⁹ est qñ homo tm̄ diligit diuiti
as suas et occupat se i eis qñ pūpēdit honorē dei et pcepta.
Sec⁹s qñ hō nō subueit priō paupī in ncēitate pstituto. qz
tūc tal auaricia ē pctm mortale. Alia auaricia ē qñ aliqñs cu
pit alienū cape vlt̄ detinere iniuste qquo mō cū certo pposito
Et auaricia tal sp est pctm mortale. nisi qñqñ ppter puitatez
rei ablate. puta furari morsellū panis vlt̄ aliquid tale non est
pctm mortale. Preter istas aut filias auaricie sunt alie a qui
busdā supaddite. s. rapina: furtū: pditio et vsura. Rapina est
acceptio rei aliene cū violētia. S; furtū ē acceptio iusta et
occulta rei aliene iūto suo dño. Proditio est dol⁹ circa pso
nas. puta cū vna psona pdit vlt̄ tradit aliā vt patefactū ē de
iuda pditore. Usura ē qñ p dilatōe tmini vlt̄ rōe mutui acci
pit aliqd vltra sortē: saltē i reb⁹ i qñ nō differt vsus rei et cō
sumptio ei⁹ vt panis. De isecta radice luxurie nascūt octo
filie. s. cecitas mētis. incōsideratio. icōstātia. picipitatio. amor
sui. odiū dei. amor pñtis seculi. despacio siue horroz futuri se
culi. Cecitas mentis est qñ homo ppter delectatōem hmōi

De confessione

veneris impedit et abstrahit in mēte. Inconsideratio ē qñ impedit et sopit rō hoīs pp̄t vehemētē luxuriā. Inconstātia est qñ hō pp̄t delectatōem hōmōi veneris retardat ne faciat vlp̄ficiat bona q̄ incepit facere vlp̄p̄posuit facere. Precipitatio ē qñ pp̄ter delectatōem hōmōi ipedit p̄siliū in agēdis. Amor sui et odiū dei est ex pte volūtatis. qñ. s. hō pl̄ appetit p̄petrare luxuriā et incurrere odiū dei q̄s a luxuria abstinere vel abstrahere. Amor p̄ntis seclī et horror futuri iudicii est qñ luxuriosus intm̄ delectat remanere i luxuria q̄ vellz h̄ sp̄ manere et viuere. nec curat de et̄na vita. Luxuria ē appetit⁹ inordinat⁹ circa delectatōz veneris. Et h̄z sex sp̄s. fm̄ alios tñ ponunt septē vt postea patebit. Pr̄ia ē pctm̄ d̄ naturā. s. qñ fit mō q̄ nō uenit generatōi hūane. Fornicatio general⁹ ē oīs cōcubit⁹ soluti cū soluta extra legē m̄rimoniū. Adulteriū est cōcubit⁹ fact⁹ i m̄rimonio qñ. s. vterq̄ ē m̄rimonio copulat⁹. vel saltē alter eoz. Incestus ē cōcubit⁹ cū p̄sanguinea. Stupr⁹ ē defloratio v̄gis. Raptus ē qñ m̄lier rapit⁹ d̄ volūtate p̄ntū suoz. Et notādū q̄ oīs cōcubitus fact⁹ extra legē m̄rimoniū ē pctm̄ mortale. qz d̄ legē nature. d̄ p̄ceptū dī et d̄ iusticiā p̄imi. Sūl⁹ oīs tact⁹ ipudicus fact⁹ cū int̄tōe puocādi ad actū luxurie ē mortale pctm̄. vlp̄ saltē causa mortalis pcti. De pestifera radice ire pullulāt sex rami. s. ira. tumor mētis. p̄tuelia. clamor. indignatio et blasphemia. Ira ē motus sanguis circa cor pp̄t appetitū v̄dicte. Tñ sciēdu q̄ ira qñq̄ est f̄tuosa. nec ē pctm̄. qñ. s. appetit⁹ v̄dicte ē fm̄ debitū ordinē iusticie et cū charitate. qñ hō q̄rit correctōem pcti et nō vindictā p̄pam. nec nocumētū p̄imi. s̄ solū offense culpe q̄rit vindictā. et tal⁹ vocat⁹ zel⁹. Qñ aut tal⁹ appetitus vindicte ē ad vincēdū p̄paz iniuriā et ad nocēdū p̄rio. tal⁹ iā est pctm̄. et nō licz homi talē vindictā accipe nisi h̄nti autoritatē. Est aut pctm̄ mortale qñ tal⁹ appetit⁹ vindicte ē ad iferēdū aliqd̄ nocumētū. qz ē d̄ charitatē p̄imi. s̄ put ē mortis sensualitatis p̄ueniēs rōem et indeliberat⁹. sic ē pctm̄ veniale. Indignatio ē qñ alter iuriatē sibi despiciat i corde suo. et iudicat eū indignū et despiciēdum p̄siderās defect⁹ eius.

Tractatus. III. secūde partis.

Tumor mētis est qñ hō irat⁹ quasi inflatus cogitat viā et modū nocēdi ei q̄ fecit sibi iniuriā. Blasphemia est locutio s̄ deum. eo q̄ p̄mittit sibi talem iniuriā fieri v̄l euenire. Lamor est locutio iniuriosa s̄ primū sine exp̄ssione determinate iniurie. Et hoc in euāgelio vocat racha .i. subsannatōis signū. Cōtumelia est locutio s̄ primū cū exp̄ssione iniurie. puta cū aliq̄s vocat ex ira alterū latronē vel homicidā et silia. Rīca est qñtū ad irā in ope exteriori: scz verberatio: abscisio vulneratio et silia. De voraci radice gule nascunt quīq̄s. s. inepta leticia. scurrilitas. immūdicia: multiloquiū: hebetudo sensuū. Gula est appetit⁹ inordinatus et immoderat⁹ comedēdi v̄l bibēdi cōtra regulā recterōis. scz sumēdo pl⁹ de cibo et potu q̄s nature pueniat et cōplexioni hoīs sumētis et conuersatōi eorū inter quos habitat. Sciendū tñ q̄ gula nō ē pctm̄ mortale ex natura sua nisi in duob⁹ casib⁹. Un⁹ qñ ppter tumorē vel amorē dei nō retrahit se a pctō gule. s. intm̄ appetit cibū et potū q̄ n̄ retraheret etiā ppter pceptū diuinū. Scōs qñ hō inebriat se libēter in tali statu q̄ nescit se regere. et tñc gula est peccatū mortale. Hebetudo mentis est abstractio intellectus circa speculabilia et agibilia ppter ni miā sumptiōem cibi et potus. Inepta leticia est deordinatio volūtatis circa delectatōnez cibi et pot⁹. qñ. s. hō vage et in cōposite circa talia nimis et supflue letat. Multiloquiū est qñ hō supflue et nimis i p̄bis incōpositis et cachinnatōib⁹ deordinat se. Scurrilitas est qñ hō se inordinate ad exteriores act⁹ ad modū ioculatoris habz. Immūdicia ē vomit⁹ seqns ex inordinata p̄mestioe v̄l potu. v̄l etiā pollutio seīs pueniens ex repletōe nimia. De ficta radice inuidie nascūtur qñq̄s. s. odiū. susurratio detractio. exultatio i aduers⁹ p̄mi. et afflictio i p̄spis ei⁹. Inuidia est tristitia de bono alteri us inq̄tū impedimentū ē pprie excellētie. Odii ē velle malū alicui⁹: et p̄ h̄ bonū p̄mi diminuerē. Susurratio ē diminutio fame alteri⁹ p̄ h̄ba occulta et nō exp̄mētia manifeste maliciā siue infamiā ei⁹. Detractio ē alteri⁹ p̄ h̄ba manifesta infamatio: tñ in absentia ei⁹. Derisio ē vilipēsio dictor

De confessione

nū vñ factorū alteri⁹ ludibrio ⁊ risu. Exultatio ī aduersis p/rimi est cū aliq̃s gaudet de aduersitate ⁊ dāno p/rimi. Afflictio ī p̃spis ē dolor ⁊ displicentia de bonis et p̃spitate alioz quā nō p̃t impedire. De radice neq̃s accidie p̃cedūt sex. scz. malicia. rācor. pusillanimitas. despatio. torpor circa p̃cepta vagatio mētis erga illicita. Accidia vel pigricia ē tediū seu fastidiū diuini boni. s. qñ hō nō hz deuotōez bonā nec delectatōz ī amore dei. sed tediū mag̃ et fastidiū ⁊ mētalē recessum. Et istō repugnat charitati quā q̃libz hō tenet h̃re diligēdo deū sup oīa. et delectabili amore tenet ei inherere. Et causat tal pigricia ex rebellioe carnis ad sp̃m. Ulagatō mētis circa illicita ē qñ aliq̃s nō inuenit delectatōez ī sp̃ualibz ⁊ vacat delectatōibz carnalibz et q̃rit ea. puta nimis ludēdo nimis iacendo. Desperatio est recessus a bono diuino cui firmiter est inherendum. Torpor circa p̃cepta est p̃pter accidiam negligere et cōtemnere diuina p̃cepta que sunt faciēda de necessitate salutis. Rancor est indignatio quam habet homo piger contra illos qui monēt eum benefacere illa ad que tenetur. Malicia ē odiū ⁊ indignatio quā hō piger hz p̃ illos q̃ docēt pigros h̃re sp̃ualia bōa inq̃ntū īp̃ediūt a delectatōibz corporalibz. Tepiditas ē paru⁹ amor dei ⁊ p̃ceptoz ei⁹. Mollicies ē qñ hō piger nō vult sustinere qm̃ cunqz penitentiā propter amorē dei. nec facere aliquod bonum ad quod tenetur. Somnolentia est somni nimietas ad modum brutorū. et pigricia ad surgendū ad benefaciendū illa que tenetur facere: et quādo tenetur ea facere. Pusillanimitas est boni ardui p̃termisio: quod cadit sub consilio. puta tarde confiteri. tarde penitentiā facere. Ociositas est cessatio a bono opere quod tenetur homo facere: et quando tenetur facere: et attentio ad inutilia et nociua. Et vltra sex ramos vel filias ip̃i⁹ accidie superaddite sunt q̃tuor que dicte sunt multum faciētes ad declaratōez materie. Iste igit̃ sunt septē radices cū ramuscul suis q̃ ī vñnerfo sunt q̃draginta tres. et sic ip̃is cōputatis cū septē radicibz erūt ī toto quinquaginta. De quo quinquagenario dicit

Tractatus. III. secūde partis

